



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina
Evangelica De Meditatione mortis**

Kispenning, Henricus

Antverpiæ, 1583

Populos Israël, Idololatræ. xlix.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](#)

& iacentem, & timentem, & trementem confidere fecit,
prior eum vocans ipse: quinimò non tantum prior vo-
cans, sed etiam ex suo ipsum nomine appellans & dicens,
Chrys. Serm.
de Adā. So.
do. Achab.
& p̄nit.
Adam ubi es? quod legitime amicitia indicū esse ma-
nifestum est. Inimicē etenim in quospiam dispositi, nu-
nomina eorum, qui se laſere, tolerant comemorari. No-
mene itaque vocat occultatum, ut vocationis mansue-
tudine animetur, & timore mortuus cogitationes reſi-
cillabundas assumat. Adhuc mihi sermone communi-
cat? adhuc voce me dignatur? adhuc me ut pater adua-
cat, & ut praharicatorem non perdit iniudicatum? Quia
divina Bonitas se in omnia ſecula & populos effundit.

POPVLVS ISRAEL IDOLOLATRA.

CAPVT

XLIIX.
Chryſoft.
eodem Ser-
mone.

terem. 3.

MAnsuetus est Dominus, & etiam inimicis miſi-
ricors. Et alicubi prior etiam occurrit, vi conciliat inimicos: & ut ament hi qui impegerant, ſtudet ar-
tibus quibusdam efficere. Ex multis autem unam hanc
narrabo. ISRAELITAS electos variis miraculorum
operationibus ſouebat, & praclaros pre omnibus mon-
ſtrabat: omnem (ut ita dicam) creaturam propter illos
alterans, & elementorum mysteria mutans, transiſ-
ſiens nauigabilia, deſluam oſtendens petram, preparans
terram in absorptionem, retrocedere faciens Solem ad
occasum festinante, regulas naturae nouas prescribens:
eaq; omnia in gloriam ingratii Israelis. Cum verò Idolū
ſeruire coeparent, pefſime retribuentes Deo, habuit qui-
dem ad ultionem fulmina, ſed natura ad mititudinem
vergebat. Abſtinebat quidem ab ultione omnium, ſed
curabat ut amaretur ab his qui offendebant. Ieremiam
mediatorem facit. Vade, inquit, & lege sermones illos,
& dices eis: Conuertere ad me peregrinatio Israel, &
non irascar vobis in aeternum. Promittit per mediatorem

VM.
reficit,
ior vo.
dicens,
sse ma-
sisti, nu-
ri. No-
sanfue-
es res-
muni-
aduo-
m? Qua-
ndit.
E.
s mis-
conci-
det ar-
n hanc
lorum
mon-
er illos
sirif-
paras
em ad
ribens:
Idolu-
t qui-
dinem
m, sed
miam
illos,
el, &
diato-
rem

rum & donum, si obtineperent, ut secum pacem habeant:
Tantum apud illum est Misericordie pelagus.

DAVID ADULTER ET HOMICIDA.

DAVID ad Bethsabee uxore Vriae Ethai ingressus est. & à Nathan prophetante correptus, respondit: PECCAVI. Statimque meruit audire: & Dominus abste abstulit peccatum. Adulterio enim iunxerat homicidium: & tamen conuersus ad lachrymas, Misere- re, ait, mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam. Et secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam. Magnum enim peccatum magna indigebit misericordia. Unde iungit & dicit: Multum laua me ab iniquitate mea, & a peccato meo munda me. Quoniam iniquitatem meam ego agnosco, & delictum meum contra me est semper. Tibi soli pec- caui, & malum coram te feci: ut iustificeris in sermoni- bus tuis, & vincas cum indicaris. Conclusit enim Deus ROM. 11. omnia sub peccato, ut omnibus misereatur. Tantumque proficit, ut dudum peccator & pœnitens transferit in magistrum, & dicat: Docebo iniquos vias tuas: & im- pi ad te conuertentur.

CAP. L.
Hieron. ad
Ruficu-
m.
2. Reg. 11. 12.

ACHAB IMPIISSIMVS.

ACHAB Rex impiissimus, vineā Nabutha cruo- re possedit: & cum Iezabel non tam coniugio sibi, quam crudelitate coniuncta, Eliā increpatione corripi- tur: Hec dicit Dominus: Occidisti, & possedisti. Et iterum: In loco in quo linxerunt canes sanguinem Na- butha, ibi lingent sanguinem tuum: & Iezabel canes comedent ante muros Iezrael. Quod cum audisset Achab, scidit vestimenta sua, & posuit saccum super carnem suam: iejunauitque, & dorminit in cilicio. Fa- Elusque

CAP. LI.
Hieron. ad
Ruficu-
m.
3. Reg. 11.